

tur in iustitia est in æqualitas, iustitia erit æqualitas. Justum  
igitur est medium, quia omne æquale est medium. Et verò  
circa quamcunque rem possimus peccare excessu vel de-  
fectu, in illa potest utique obsevari mediocritas. At qui  
in rebus fortunæ possimus peccare excessu vel defectu.  
Ergo in rebus fortunæ potest esse mediocritas. Hæc me-  
diocritas jam est iustitia. Si tu Sempronio plus auferas,  
quam debebas, peccas <sup>in</sup> excessu; minus das Titio, quam  
debebas, peccas defectu: Et tamen circa hos actus veriatur  
Iustitia & Injustitia.

XX. Et hæc quidem secundum Aristotelem ita se se-  
habent. Verùm liceat hîc libertate Philosophicâ sumimum  
doctorem aliquanto deserere, & rem ipsam accuratius ex-  
aminare, ut Grotio fiat satis. Nimirum Iustitia eodem  
modo, quo reliquæ virtutes morales, in medio est collocata.  
Posita enim inter duos vitiosos habitus, quærerit mediocri-  
tatem inter excessum & defectum. Si enim Iustitia, ut A-  
ristoteles ipse vult, versatur inter lucrum & damnum, si u-  
trisque illis convenit plus & minus, sequitur duplices esse  
actiones circa duplicem materiam augendam aut minuen-  
dam. Si duplices actiones, duplices quoque habitus vi-  
tiosi, adeoque inter illos erit iustitia, ut quælibet alia vir-  
tus inter duo vitia.

XXI. Hoc ipsum, ut clarius pateat, in speciebus quo-  
que iustitiae ostendere conabor. Sunt verò hæc, quas ipsius  
Aristotelis verbis referre malumus Eth. V. cap. 2. ex versione  
Magiri: *Iustitia igitur ex parte jurisq; una quidem species est,*  
*quaæ in distributionibus, aut honoris aut pecuniarum aut aliarum*  
*verum consistit. Altera vero, quaæ in commerciis emendandis*  
*versatur. Circa bona fortunæ versatur omnis Iustitia. Bo-*  
*na illa fortunæ sunt duplia, aut communia cum alijs, aut*  
*nostra propria: Circa communia fit distributio, circa pro-*  
C 2 tuti.